a/ tam l.

gradum episcopalem ascendens in Maguntia fuit electus, vir tam in tam humana quam divina scientia sufficienter eruditus. Dum siquidem Albertum supradictum aquisgrani unxit in regem et tandem solemni curia principum atque nobilium perfectum apud Nuremberch convocata, uxor dicti regis per eundem dominum Wigboldum in Reginam romanorum solemniter coronata. Porro ipse dictus Wigboldus, utpote vir senex atque grandevus, plus quidem consiliis aptus quam armis exercitatus, prudentia et consilio ecclesiam regere satagebat. Unde in suo principatu cives Coloniensis ab interdicto ecclesiastico, quod ipsi diu fuerunt, suo interventu fuerunt absoluti. Preterea nobiles et potentes ~~prudentiam~~ ~~prie~~ patrie ibi vicinos indigne donatiis et amicitiis sibi concilliavit. Sed quanto magis donavit, tanto plus sibi et ecclesie invisit infestos. Quod dum ipse adverteus prudenter intelligens, convertens potenter animum ad resistendum comitem de Marka, ecclesie infestissimum tunc temporis in inimicum, bello petit, et propter hoc cum armatorum milicia in Susato personaliter se recepit. Quo comperto dictus comes exercitum congregans copiosum, archiepiscopum ad conflictum sepius provocavit. Archiepiscopo vero caute, utpote in rebus periculosis et fortune casibus experiti, locum pugne non ~~dabat~~ dante, sed caute procius dissimulante, dum ipse comes propter expensarum penuriam exercitum (quem tam sepius adunaverat) non posset diutius retinere, et auxiliarii, qui ad ipsum confluxerunt, necessariis copiis exhausti ab ipso comite ad propria defluxerunt, ipse archiepiscopus eum tempus aptum nactus, terram comitis cum suo exercitu potenter vastans, igne et ferro cuncta per circulum depopulat atque devastat, ipso comite sibi resistere non valente, et sicut fertur, ipse archiepiscopus morte preventus non fuit, sed dictum comitem ad dedicationem ultimam apud Siegburg set. Tandem sicut deo placuit, in expedicione huiusmodi bellicosa gravere corruptus, compulsus est reverti in Susatum. Ubi decumbens

a/ ~~deest~~ l. e.

dum in infirmitate, sacram confessionem sepius recepisset, et a suo confessore sibi dicebatur non opus esse sacramentum sepius recipere, b/ Ipse venerabilis presul fertur dixisse verbum memorie dignum: Anima, inquit, mea oblat et plurimum affectat hoc sacramentum, quia bonum est valitudinem. Sed hoc obdormiens in pace, resultus est in ecclesia sancti Patroclii in Susato. Siquidem autem prefati venerabilis pontificis obitum Albertus Romanorum rex memoratus, adversus eundem archiepiscopum sinistro depravatus odio, occasionem sibi sumens, presertim ad instigationem civium (ut fertur) Coloniensium, qui cum suo archiepiscopo stare quiete non consueverunt, cum valido exercitu terram episcopi Coloniensis ingressus, consedit supra litora Reni in terminis villarum Surdewisse et Bedenkirchen in territorio ecclesie Coloniensis, fines terrarum in circuitu ecclesie dampna ab illis depopulando. Cum autem ipse archiepiscopus dicti regis potentie, cuius quidem exercitus absque numero videbatur, non resistere valeret, tandem necessitate compulsus pactatus pacis ~~cepit~~ venit in concordiam cum dicto rege, quamvis non sine

a/ civitatis l.